



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatvs De Officiis, Electionibvs, Dignitatibvs, Et  
Beneficiis Ecclesiasticis**

**Coras, Jean de  
Colonia Agrippina, 1596**

**VD16 C 5049**

5 De quasi possessore conferendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63394](#)

uatio enim hæc occulta est, vnde ex quo tolleratur in officio, rata esse debent, quæ ab eo interim geruntur. l. Barbarius. ff. de offi. præto. l. i. C. de testi. Nec debet accusatus, sacerdotij sui possessione priuari. c. 2. vt lit. pend. Quinimo t nec deposi- 13  
tus, si prouocauit, prohibetur Episcopalia iura exercere. gloss. c. sæpè de appella. Cùm enim non censeatur damnatus qui prouocauit: l. furti. §. i. ff. de infa. l. 2. §. fin. ff. de pœn. manet integer status eius, vt interim dignitatis suæ honoribus fungatur. l. vn. §. pen. ff. nil no. appell. pen.

## CAP. V.

## De quasi possesso conferendi.

## SUMMARIA.

- 1 *Quasi possessio conferendi.*
- 2 *Fructus possessorum sequuntur.*
- 3 *Vnus actus quando tribuat possessionem.*
- 4 *Mala fides an possessionem querat.*
- 5 *Possessor malæfidei non lucratur fructus.*
- 6 *Scientia necessaria in incorporalibus.*
- 7 *Possessio ultima attenditur.*
- 8 *Possessio secunda an iniusta presumatur.*

**S**Vfficit autem eum qui confert beneficium, esse t in quasi possessione conferendi; licet apud eum non sit proprietas, ca. cum olim. de cauf. pos. Sic enim dicimus in electione. c. querelam. de elect. & præsentatione. c. consultationib. & c. ex literis. de iure patr. Adeò quidem, vt pruisus à possesso, præferatur ei, qui à vero collatore ius habet. Panor. d. c. consultationibus. in fi. Annnumeratur enim fructibus collatio. gl. c. cum olim. de maior. & obed. Fructus t autem possesso

D 3 rem

rem sequuntur, non dominum. l. bona fidei. ff. de  
 acq. rer. do. §. si quis à non domino. de re. diui. Sa-  
 nè cum simus in actibus, qui familiaritatis iure  
 3 concedi non solent: vnioco actu t̄ conferēdi, quæ-  
 ritur hæc quasi possessio. l. i. §. quæsitum. ff. de a-  
 qua quoti. c. cūm de beneficio. de præb. in 6. glo. c.  
 cūm Ecclesia. de causa. poss. Si tamen effectum ha-  
 buit collatio: Innoc. c. 2. de in integ. restit. Alio-  
 qui diceretur labia sua tantum possidere. Panor.  
 4 c. cūm olim. 4. not. de caus. poss. Nec oberit t̄ pos-  
 sidenti mala fides: cūm qua etiam in incorpora-  
 libus, quasi possessio acquiritur. Innocē. d. c. cūm  
 ecclesia. Licet ad effectum collationis, aut alterius  
 actus, bona fides desideretur. Panor. d. c. con-  
 sultationibus. & d. c. cūm ecclesia. num. 26. Hoc  
 est, vt credat qui confert, se id ius habere. c. si vir-  
 go. 34. qu. 1. Neque t̄ enim facit fructus suos malæ  
 fidei possessor. c. grauis. de resti. spo. Scientiaque  
 6 t̄ & patientia, eorum quorum interest, requiri-  
 tur. Innocen. d. c. 2. Decius 126. in fin. Sine quibus,  
 in incorporealibus, non acquiritur quasi posse-  
 sio. l. 2. C. de seru. & aqu. Ultima t̄ autem & imme-  
 diata collatio spectatur. l. si mater. C. ne de sta. de  
 fun. d. c. cūm ecclesia. Old. 301. Actus enim medi-  
 us possessionem interrumperet. d. c. cūm olim. v-  
 7 bi Panor. 4. nota. Nec nos t̄ mouerit, quod secūda  
 possessio, in dubio clandestina præsumatur, & in-  
 iusta: c. licet causam. de prob. ideoque vincat cæ-  
 teris paribus in interdicto retinendæ, qui anti-  
 quiorem possessionem probat. Bart. l. si duo. col.  
 2. ff. vti possid. Nam hæc præsumptio cessat, vbi  
 constaret, veterem possessorem, posterioris scien-  
 tiā habuisse, nec cōtradixisse. Bal. l. non ignorabit.  
 C. ad exhib. Ex hoc. n. videtur prior possessio  
 interrupta. l. clam. §. qui ad nūdinas. §. de acq. pos.

De